

dextrè intellecta, nec qvicqvam decimalis cultoribus suis difficultatis afferet. Præ cæteris hæc species sedulo excolenda est, qvoniam in omnibus propemodum operationibus Geometricis adhibetur. Ordo, qvi observatur, est etiam à dextris ad sinistra procedendo, in significati- vis notis prima multiplicantis figura subscriptur primæ multiplicandæ, secunda secundæ, atqve in subsequentibus par ratio est, nec qvicqvam impedit, diversarum licet specierum notæ in una eademqve serie occur- rant. Singulæ multiplicantis figuræ in singulas multiplicandi ducun- rur, & lineâ subductâ, prima produeti nota suo multiplicanti subjici- tur, altera ad denarium excrescens altâ menta custoditur, subsequentis seriei qvotienti adjicienda. Tandem omnes factorum ordines per ad- ditionem in unam summam colliguntur. Cifra vel figura nihili ni- hil parit, locum tamen suum occupat, ideoqve cifræ initiales à dextris ante operationem refecantur, post operationem, qvotqvit earum fuerint, annexuntur. Denominatores partium, multiplican- darum & multiplicantium seorsim in sese mutuò ducuntur, & hoc ipsum productum novi producti Numeratoribus supponitur ex. gr. cu- jusdam parallelogrammi latus majus  $4\frac{64}{100}$  ducendum est in minus  $3\frac{78}{100}$  ut cognoscatur area, secundum præcepta ita ordinanda est ope- ratio:

A.)

$$\begin{array}{r}
 464 \\
 \times 378 \\
 \hline
 3712 \\
 3248 \\
 \hline
 1392 \\
 \hline
 175392
 \end{array}
 \quad
 \begin{array}{r}
 100 \\
 \times 100 \\
 \hline
 10000
 \end{array}
 \quad
 \begin{array}{r}
 5392 \\
 \hline
 1710000
 \end{array}$$

Summa igitur qvæ sitæ areæ  $1710000$

Not. 1. peracta sc. operatione & qvidem vulgari, ab ipso facto tot notæ à dextris separandæ sunt, qvot minutiarum diversæ species in mul- tiplicando & multiplicante, connumeratis cifris, simul extiterint, reliquæ à sinistris notæ intcgra notant, qvare in priori exemplo qvatuor à dextris numeri tanquam partium figuræ rescindebantur, qvod in multiplicando & in multiplicante simul qvatuor diversæ minutiarum species dabantur.

#### ALIUD.

Datur triangulum æqvilaterum, cuius aream in mensuris quadra- tis scire discupio, explorata baseos & perpendicularis longitudine, illius dimi-